

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Andreas Bergemann Jonas Florentinus

Disputatio De Coelo Et Stellis

Rostochi[i]: Pedanus, 1619

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729245217>

Druck Freier  Zugang



A. Bergemann.
R.U. phil. 1619.

DISPUTATIO
DE
COELO ET
STELLIS,

Quam

Consensu Amplissimæ Facultatis Philoso-
phicæ in celeberrima Rosarum Academia,

D eo P r o p i t i o ,
H u m a n i s s i m i s D n . C o l l e g i s v e n t i l a n d a m
p r o p o n u n t

P R A E S E S

M. A N D R E A S Bergeman/
Juterbocensis Saxo

E T
R E S P O N D E N S

J O N A S F L O R E N T I N U S
Succus Calmariensis.

die 6. Febr. locis & horis solitis.

Psal. 19. §. 1. Cœli enarrant gloriam Dei & opera manuum
eius annunciat firmamentum.



R O S T O C H I

Typis Joachimi Pedani, A N N O 1619.

Reverendo atq; Clariſſimo viro
Dn. M. NICOLAO ESCHILLI

Phyrladeo Scholæ Calmariensis Rectori digniss.

NEC NON

Experientiſſimo & Ampliſſimo viro

Dn. JOHANNI MATTHIAE

Hoxgardio in arce Calmariensi cum territorijs Australi

& Borinali Moregia Praefecto Solertiſſimo.

L.T.E.M.

Venerando & Humaniſſimo

Dn. LAURENTIO OLAO

in Liungbij Pastori Vigilantiſſimo.

Salutem & obſeruantiam.

Wili reverendi Clariſſimi & Ampliſſimi ! Alexan-
der Magnus interrogatus ubinam theſauros ſuos haberet?
amicos ſuos oſtendit, dicendo, hi ſunt, Si & quiſpiam
ex me percontaretur, ubinam & ego theſauros meos habe-
rem? fautores & promotores meos monſtrarem, dicens, hi ſunt.
Jure vero meritoq; vos meos theſauros appello, quia tum variā
omnis generis doctrina ſupellectile animum meum instruistiſ-
tim etiam ſumptibus vestrī ſtudia mea promovistiſ etiam num-
promovetiſ. Debeo vobis magna: ſiſto parvaputa, praſentem
ingenij mei fœtum, adiecta devota ad Deum compellatione, ut
vos diu ad utriusq; Reip. emolumenſum ſartos tectos tueatur,
quo ulterius favorem & benevolentiam vestrā me experiri
detur. Valete in Deo noſtro viſi Clariſſimi, promotores ma-
gi. Scribebam Rostochij. 6. Febr. anno 1619.

JOANAS FLORENTINUS

Reſpondens.



DE
COELO ET STELLIS

THESIS I.

Ignum profectò Philosophiâ encomium
remur istud Apuleij: Consideranti
mihi, & diligentius intuenti, & sa-
pè alias mihi virtutis indagatrix, ex-
pultrixq; vitiorum, divinarum par-
ticeps rerum, Philosophia videbatur: & tunc ma-
xime, cum naturæ interpretationem, & remota-
rum ab oculis rerum investigationem sibi vendicet.
In exord: Cosmographiæ ad Faustinum.

II.

Hinc sapientia aquila, Arist. quæ nobis prædictus
Philosophus Platonicus prudentissimum & doctissi-
mum Philosophorū celebrat, philosophiæ assertoribus
& propagatoribus precium æquivalens haut reddi
posse, non secus ac Dijs immortalibus atq; parenti-
bus l. 9. Eth: c. 1. Ejusq; possessionem non huma-
nam, asseverat lib: I. metaphys. c. 1.

III.

Hoc in specie optimo jure ejus parti accommo-
dare

A 2

dare possemus, quæ se non indignam existimavit,
cui divinarum & humanarum rerum disceptatio
defereretur, ex cuius penu. calum cum stellis selegi-
mus divinis animæ oculis aspiciendum & cogno-
scendum, de quo Zabarella ex Aristotele sic: Etsi
ita abscondita nobis est cælestis corporis natura, ut
ipse quoq; summus philosophus Aristoteles sola
conditionum sublunarum negatione eam declarere
potis fuerit: Attamen ea ejus est præstantia atq;
nobilitas, ut vel rudis & imperfecta ipsius cognitio
expetibilior sit, quam exquisita & perfecta aliarum
rerum ignobiliorum. l. de natura celi c. 1. videatur
Velcurio l. 2. com: phys. in prefatione.

IV.

Cœli verò naturam describentes dicimus, quod
sit corpus naturale simplicissimum, solidum, sphæri-
cum, & in orbem mobile Mag. lib. 2. phis. c. 2. de
celo th. 6.

V.

Plurimum verò lucis ad celi naturam per vesti-
gandam & percipiendam ad fert varios modos qui-
bus apud Aristotelem consideretur, quæq; alias ejus
acceptiones variæ usu veniant notasse. Notat igi-
tur Arch: Merc: in dilucid: p. 16. & 17. Celi Arl.
tractationem instituisse I. quatenus semper mobile
est, & respectum involvit ad motorem aeternum
à quo

à quo perpetuò movetur. 2. quatenus constat ex ma-
teria & forma. 3. in ordine ad hæc inferiora. Pri-
mo modo tractatur in 8. phys. Secundo in lib: de cælo
juxta §. 1. lib. 3. de cælo. Tertio in 2. de ortu &
interitu.

VI.

Zabarella de natura cæli c. 7. Favell. l. 12.
metaph: q. 16. quibus se associare videtur Toletus
l. 2. phys. §. 15. q. 3. dicunt cælum sumi duobus mo-
dis 1. quando sumitur orbis cum anima ejus motrice.
2. quando solus orbis seclusa anima.

VII.

Aristoteli verò trifariam dicitur l. 1. de cælo
c. 9. §. 96. 1. ut est extreum mundi corpus, alias
firmamentum dictum. vel ut l. de mundo c. 2. quod
in celissimo loco situm D E I domicilium divinis
corporibus onustum est, cum quo conferatur §. 22.
lib. de cælo. 2. prout sumitur pro sphæris contiguis
in regione aetheræ. 3. pro toto mundo, juxta inter-
pretationem Velcurij l. 2. c. 2. p. 148.

VIII.

Sacra scriptura cælum usurpari innuunt. 1. pro
aere Lev. 26. §. 19. Matth: 6. 26. 2. pro firmamento
Gen: 15. v. 15. 3. pro maiestate divina. 4. pro aeterno
gaudio Matth. 18. §. 10. 5. pro ubi angeloru, & homi-
nū beatorum animarū. Dn. D. Meisn: p. 1. phil.

A 3

Sob:

Sob: s. 3. c. 4. q. 1. p. 810. Nos hoc loco accipimus
cælum prout th. 4. descriptum est.

IX.

Quemadmodum autem omnia corpora natura-
lia sua sibiq; propria & materia & forma constant;
sic & cælum nobis prædictum. Non verò cum illis
facimus quos religio incessit ut apponentibus cælo ma-
teriam non assentirentur, in quorum numerum,
Averroëm, jandunum, Caïctanum, Durandum,
Gabrielem Zimaram refert Franciscus Suarez t. I.
Metap: disp: 13. s. 10. p. 274. Nec ab hinc lon-
gius recedere animadvertisimus Zabarellam, qui
dicit lib. de natura celi c. 6. Ex horum dogma-
tum confutatione manet probata opinio Averroës,
quam veram esse putò, quod orbis cælestis sit corpus
simplex non constans ex materia & forma, ea verò
tantum ratione ex materia & forma constet, qua-
tenus intelligentia motrix dicitur forma, orbis verò
dicitur materia, quæ non habet potentiam ad esse,
sed ad ubi. Hactenus ille.

X.

Ratio verò qua inter cetera hanc sententiam
corroborare annititur memoratur à Zabarella c. 3.
de natura celi. Ubi inquit nulla est substantiae
mutatio, ibi nullam materię cum forma compositio-
nem agnoscere possumus. Propositionis hujus pro-
batio-

bationem in praecedentibus istam posuit. Materia prima non potuit nobis innotescere nisi per mutationem substantiae. Hac enim sola nos dicit in cognitionem compositionis materiae cum forma. Et adit eiam si calum revera ex materia & forma constaret, nos tamē hujus compositionis nullā cognitione habere possemus, quippe eo medio destituti, quo uno in talem cognitionem duci possemus.

XI.

Respondemus nullam esse rationem consequentia argumenti, quia dantur alia media, quibus materiam cognoscere possumus, scilicet similitudines & accidentia materiam concomitantia, ut sunt quantitas, mobilitas, rotunditas. Quod ipsum pluribus explicatur à Conimbr: in I. de calo c. 2. q. 5. art: 2. & 3. Jacobus Martini lib. I. ex Metaph: ex 4. theor; 3. p. 147. 2. Falsum est fundatum, quod presupponi videtur, materiam solum esse propter generationes & corruptiones. Est enim hac una ex proprietatibus hujus materiae, non tamen adaequata ratio ut sic. Suarez. t. I. disp. 13. de materiali causa substantiae. 10. p. 276.

XII.

Cui quod est Julius scaliger Exerc. 61. s. 1.
Non data fuit à natura materia ob transmutacionem & generationem primò & per se. Ut ubicunq; sit, ibi etiam sit generatio, sed ad subsistendum
forma.

formæ in substantia, & recipiendam quantitatem
ac figuram. Quantitatem propter loci mutatio-
nem, Figuram propterea quod omne corpus finitum
esse & debet debuit. Argumenta verò de cæ-
lo affectiones materia ostendentia invenire tibi da-
tur l. 1. de celo §. 92. 2. phys. c. 1. videatur Mer-
cenarius diluc: p. 56.

XIII.

Hoc præmisso & probato quod materia in sit cæ-
lo, etiam inde necessariò ipsi formam non denegan-
dam esse elucet. Quia materia sola non absolvit
compositum. 2. Est species corporis naturalis
qua duobus absoluntur, altero cui materia, altero
cui formæ nomen adscribitur. 3. præterea forma
dat esse rei.

XIV.

Figuram cælo Aristoteles attribuit globosam,
quia cælum est primum corpus l. 2. de celo §. 22.
Ergo assribenda ei figura prima. 2. quia mundi
partes nimirum elementa sua naturâ ad rotundita-
tem inclinant, que à cælo continentur.

XV.

Hoc cælum nullo alio ambitur, Cælum enim
Empyreum est terminus sine re, ratione & verita-
te. Scholastici quidem & Calviniani omnes in-
genij nervos intendunt, ut huic aliud nimirum
præfa-

prefatum superaedificare possent. Ideò illud ipsum
primo die creatum supra omnes cælos locatum, la-
tum, profundum, lucidum, corpus materiatum
Ecc. asserunt. Videantur Thomas in 2. dist.
2. q. 2. in 1. Tipl. Phys. gen: c. II. probl: 4. Me-
taphys. lib. 4. c. 6. Conimb: de cælo c. 5. q. 1. Verum
non tam constituent quam destruunt, Ecc dicendo
faciunt ut nihil dicant, vel sibi contradicant, uti
alibi à nobis ostensum, Ecc in ipsa mōnū pluribus
petenti ostendemus.

XVI.

In cælo maximus stellarum est chorus, quas
D e u s in commodum rerum sublunarium ibidem
posuit. Definimus verò stellam cum Clariß. Dn.
D. Bartholino quod sit corpus simplex cælestē, luci-
dum, globosum, vi sibi divinitus indita mobile, Ecc
ad inferiorum salutem à D e o conditum.

XVII.

Singula hoc loco persequi quæ facerent ad defi-
initionis posita confirmationem Ecc pleniorēm intel-
lectum, nec volumus nec debemus, satis hoc ab alijs
præstitum, quorum opera desideranti Ecc utilis Ecc
sufficiens esse poterit. Nos quadam tantum bre-
viter tangemus præsertim cum bervitatis studium
hic nobis urgendum.

B

18. Acris

XIX.

Acris inter Physicos fervet concertatio, utrum
Stellæ, quoniam hæc inferiora calefaciunt, in hæsiū
caloris subjectum sint? Affirmativam hujus quæ-
stionis suscepisse Johannem Grammaticum author
est Zabarella l. de cæl: c. 1. p. 556. Cui assentiri
videtur Clemens Timplerus l. 2. Apsych: c. 4.
probl: 5. quando sic judicat: Nulla solida & fir-
maratione probari potest, Cur stellæ, quæ sunt cor-
pora lucida, & velut candela à Deo in mundo ac-
censæ non sint habitualiter calidæ statuenda, ita
ut per eum calorem sibi insitum vi lucis nativæ,
adeoque per ipsam lucem inherentem & radios ab
illa luce promanantes mundum dicantur calefacere
Refert etiam Aristoteles l. 2. Meteor: c. 2° quod
fuerint quidam statuentes solem & astra ignea esse
eaqz aqueis & terrenis humoribus pasci.

XIX.

Verum haud abs re ab horum placitis discessit
Aristoteles l. 2. de cælo §. 42. meritòque & eruditè
eosdem coarguit & refutavit. Quam sententiam
divini præceptoris & nos nostro approbamus cal-
culo sequentibus innixi fundamentis.

XX.

Si stellis inest formaliter calor, sequitur quod
eisdem

eisdem quoq; insit frigus. Ratio patet, quia stellæ
eque frigoris caussa sunt ac caloris. Sed conse-
quens laborat ^{ann.}. Quia contraria eidem Se-
cundum idem \S codem tempore adscribi neque-
unt. 2. Sequeretur quod stellæ non minus in
hyeme calefacerent. Nostrum Horizontem,
quam & estate. Imò Secundum hypothesin A-
stronomorum Sol tunc magis caleficeret quia
esset proximior. Statuitur enim ab ipsis in peri-
gao versari, & estate verò in apogeo. Illic terra pro-
pinquior, hic remotior. Zab: de cal. cœlestic. I.

XXI.

3. Ex eodem Zabarella dicimus: Si stellæ
essent affectivè calidæ sequeretur medium aëris
regionem, tanquam ipsis propinquiorem magis
calefieri, quam hanc infimam qua magis est remo-
tior. Atqui sic distinueretur omni nubium gene-
ratione. Nulla enim condensatio fieri posset,
si à frigidiore ad calidorem transiret. Ideò que-
stionem concludimus cum Scal. Exer: 23. Calor
quidem à stellis est sed non in stellis. Cetera qua
huic nostræ sententia obisci poterunt in actu dispu-
tationis dissipanda reservare volumus. Eapro-
pter transimus ad alia.

B 2

Hoc

XXII.

Hac occasione querimus de stella qua Magis
in oriente tempore nati Christi apparuit quid sit
sentiendum? Discrepantes de hac ipsa stella &
olim inter patres, & etiamnum hodie circumfe-
runtur sententiae. Aliqui & quidem Patrum
hanc stellam angulum fuisse duxerunt & dixerunt,
qua in assumpta stellae formâ apparuerit, & senten-
tia Augustino & Theophilacto adscribitur. A-
liqui hanc stellam quendam planetam Christi ge-
nitura & proprium asseruere, & hujus opinionis af-
sertores Priscillianistas facit Epiphanius l. 2. contra
Manich: c. 5. Lambertus Danæus phys. Christ:
p. 2. tract. 4. II. pag. m: 151. dicit: Stella qua in
nativitate Christi apparuit vel fuit cometa illu-
stris, vel una ex ordinarijs stellis qua singularem
cursum tunc tenuit.

XXIII.

Contra Cæsarius Gregorij Nazianzeni frater
sic disputavit. Si fuit ex ordinarijs, vel fixa
vel erratica fuit. Non fixa, quia movebatur.
Non erratica, quia aliquando ab ijs, quos ducebat se
sub ducebat. Referente Doct. Conrado Theod. in
analys. Evang. Conferatur Chemn: l. I. harm: E-
vang: c. 10. super 2. cap. Matthæi pag. 123. Flacius
part: I. clavis scripti p. 1172. Bullingerus lib. I. in c.
2. Maith.

2. Matth. p. m. 16. D. Chytraeus super Matth: c.
2. p.m. 63. Peuzer us præcip: divin: gen: mihi pag.
136.

XXIV.

Ideoq; ut tandem nostram sententiam adduca-
 mus, affirmamus quod ab eorum partibus stemus qui
 hanc stellam naturalem negant, miraculosam vero
 tutantur. Hujus nostra assertionis fundamenta &
 multa & varia a situ, a motu, a motus varietate,
 tempore & adferre possemus, nisi ab alijs abunde
 praestitum deprehenderemus.

XXV.

Antequam vero concludamus, illam etiam
 questionem, an sidera cælestia sonum aliquem, &
 refutabimus. Platonem nonnulli primum Musi-
 ces inventorem celebrant. Hic cum aliquo tempore
 officinam Fabri ingressus esset, percepissetq; ex vario
 ictuum per malleos concussione & conflictu aliquem
 concentam orici, continuo in illam sententiam pro-
 lapsus est, impossibile esse, cum in cælo dentur varij
 stellarum motus, quin non harmonia quadam sua-
 viissima inde conficeretur.

XXVI.

Hanc ipsam de cælesti concentu opinionem, A-
 ristoteles lib. 2. de cælo cap. 9. Pythagoræ ad scribit
 inq; ea per totum caput refutanda occupatur. Hisce

B. 3

se ad-

se adjungit Cicero in sommo Scipionis. Cum enim
Africanus ostendisset calum & planetas, adiicitur.
Quæ cum intuerer stupens ut me recepi; quis hic, in-
quam, quis est, qui complet aures meas tantus &
tam dulcis sonus? Hic est inquit ille, qui intervallis
conunctus imparibus, sed tamen pro rata portione
distinctis, impulsu & motu ipsorum orbium con-
ficitur: qui acuta cum gravibus temperans varios
equaliter concentus efficit.

XXVII.

Verum hæc ne quid gravius dicamus fabulae
sunt: suaque propria futilitate facile concidunt, adeò
ut in hisce profligandis multi nec esse debeamus nec
velimus. Si verò ex ipsis quereras, qui fiat ut iste
concentus à nobis non percipiatur? in parato habent
quod respondeant. Sic enim illorum causam agit
Cicero, allegato, Hoc sonitu oppleret aures obsur-
duerunt, nec est ullus hebetior sensus in vobis: sicut
in illis ubi Nilus ad illa qua Catadupa nominan-
tur præcipitat ex altissimis montibus, ea gens qua
illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus
sensu audiendi caret. Hinc verò tantus, est to-
tius mundi concitatissima conversione sonitus, ut
eum aures hominum capere non possint: sicut in-
tuiri

tueri solem nequitis adversum ejusq; radijs acies
vestra , sensusq; vincitur. Hactenus ille.

XXVIII.

Ad hæc notentur I. quod ad sonum edendum
requirantur I. Corpora solida & dura. 2. le-
via & superficiem habentia. 3. Concava. 4. percu-
tiantur celeri & vehementi motu 5. medium seu aëris.
Probentur hæc omnia de cœlestibus corporibus &
sphæris. II. Si non in totum, tamen in tantum aures
nostræ ad sonum istum percipiendum erunt accom-
modatae. III. Curilli qui surdi fuerunt & postea mira-
culosè auditum recuperarunt, sicq; non assueti isti
harmonia & ipsam non animadverterunt IV. Quæ
Cicero dicit oratoria sunt & in syllogismum redi-
cta non consistunt.

XXIX.

Si verò sententia Pythagoræ non ~~re~~ n^{on} accipienda prout eandem apud Aristotelem l. 2.
de cal. §. 52. & 53. descriptam reperimus, sed
allegoricum quid sapiat, & ipse inde motuum
Cœlestium concordem discordiam adumbrare
& significare voluerit non adeò grandem dicam
ipse

*ipſi ſcribendam ducimus. Huic enim non abſimile dicit Apuleius in Hermeto Trimegiſto: Muſi-
cen noſſe nihil aliud eſt niſi cunctarum rerum or-
dinem ſcire, quæq; ſit divine ratione ſortita.—
Ordo enim rerum ſingularum in unum omnium
artifici ratione collatus, concentum quendam melo
diuino dulcionum conficiet.*

XXX.

*Hæc pro noſtri instituti ratione dicta ſunto,
pleniorem hujus rei diſquitionem paſſim physico-
rum collegia monſtrant, ad qua etiam eum, cui
hæc iſſufficientia videbuntur alegamus,
interea Deo gratias dicentes.*



Epi-

tueri solem nequitis adversum ejus
vestra, sensusque vincitur. Hactenus

XXVIII.

Ad hac notentur i. quod ad
dum requirantur i. Corpora solida
via & superficiem habentia. 3. Con-
tantur celeri & vehementi motu 5.
Probentur hæc omnia de cœlestibus
sphæris. II. Si non in totum, tamen
nostræ ad sonum istum percipiendu-
modata. III. Curilli qui surdi fuerun-
culosè auditum recuperarunt, sicque
harmonia ipsam non animadver-
Cicero dicit oratoria sunt & in sy-
da non consistunt.

XXIX.

Si vero sententia Pythagora
accienda prout eandem apud A-
de cal: §. 52. & 53. descriptam
allegoricum quid sapiat, & ipse
Cœlestium concordem discordiam
& significare voluerit non adeo gr-



the scale towards document

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 144